

A confessio sanctorum testificatione signetur. Et quis dissimile sit doctoris discētisq; officium, tamē vtrūque debet sanctorum legum obsequium: vt iungantur factis qui separantur officijs, copulentur opere qui diuersi sunt nomine, & quos vocabula abinuicem separant, eos obseruantia præceptorum fideliter ac deuote coniungat. Quare sic fit vt vtriusque diuersus sit actus, sed obseruatīe par sit necessarius in vtriusque effectus, vt factorum in ambobus cōspiret assensus, quib; diuersus est in vocabulis sonus. In doctore em̄ molesta est causa [dicere], nec facere, præcipere, nec obseruare: in discēte vero audire velle qd nolit implere, aures auditu accomodare, & ab opere voluntatē auertere. Cæterū qui facit quod docet, & qui quicquid imperat cōplet, maximus in cōlestibus sententia domini declaratur. At vero qui quod dicit negligit, & qui quod audit contemnit, la-lutis reus existit, qui obseruanda contempnit, & pericula non vitauit. Amat enim mortem, qui vitæ præcepta non seruat, & horret vitam qui peccata morti debita desperata morte frequentat. Vt enim per obseruantiam legis vita acquiritur, ita per contemptum mors cōtinuacibus inuenitur: dicente domino. Si vis vitam inuenire, serua mādaturam. Ita est: nō perfectus doctor liber est à discēte quem docuit, & discipulus contemptor inexcusatus erit, qui faciēdo didicit & contempnit. Nam & doctor contrariis grauius affligitur, & obsequentis discipuli exemplo plectitur, qui faciēda alijs tradidit, quæ ipse nō fecit: vt nec à discipulis quos docuit potuisset ediscere, vt quibus doctrinæ tradidit magisterium, ab hisdem factorum imitaretur exemplum. Neque enim perfectio in legum est notitia cōstituta, cum sit scriptum, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim, inquam, is religiosus & sanctus est, qui nouit legem cessantibus factis, cū expedit facere magis q̄ docere, quia molestum est docere & nō facere. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis ea que mando vobis. O magna bonitas dei: Cui cum pro conditione reddere debeamus obsequia, vtpote serui domino, famuli deo, subiecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, vt à nobis obsequia debite seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire conspiciat sponte, suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare, & quorum voluntates à se compellit alienas, eorum mentes præmiorum liberalitatibus cōstituat suas. Nā vnde frequēter aut inuitat præmio aut terret supplicio, nisi vt benignitatis consilio à se formato homini consulat, redempto prouideat, vt qui non terretur supplicio, inuitetur præmio, & que metus à factis reuocare non possit, promissionum benignitas profit; Cupit enim etiam nolentibus subuenire, desiderat misereri peccanti, qui si peccauerit dignos fructus exhibeat penitentia. Inuitus enim in reos vindicat, si rei indulgentiam miserantis non contemnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in vitam non in mortem à principio cōstituit homines. Ipse enim sibi infert interitum, qui medentis domini contemnit cōsiliū, Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos: & iterum, Nolo mortem morientis, tātum reuertatur & viuat. Non vult dominus in quenquam dominari mortem, non vult in penam deduci hominem, quē in vita cōstituit. Cæterum homo ipse se dignum efficit morte, qui non paruierit legi. Odit vitā, qui diuinam contempserit disciplinam. Nam cum dominus vellet homini demonstrare, quæ obseruanti vitam, contemnentis afferunt mortem, inuitauit præmio, terruit supplicio. Ita enim de contemptu vitæ nō poterit prouenire, vt de obseruantia mors euenire non poterit, vt iam homo quod voluerit mereatur, & eo Tomus decimus.

quod meruerit iudicetur, & hoc totum in potestate D hominis cōstitit, qui sibi ex qualitate vitæ meritum quod haberet inuenit. Quare his sollicitis perpensis, id est, vnde salus & vnde periculum inuascatur, salutis commodum diligenti obseruantia teneamus, & periculorum incommoda de legis cōtemptu & proiudi caueamus, & contemnentis prospera & repel-lentes aduersa in conspectu dñi inueniamur ab ipso cū omnibus sanctis in æterna secula seculorū, Amē. De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis &c. Sermo IIII.

S Ancti Euagelij capituli quod modo cum legeretur audiuimus, valde nos terruit si fidem non habent. Et quia non terret eos, volunt esse peruersi securi, nescientes distribuere & distinguere tempora timoris & securitatis. Timeat ergo qui ducit modovitam cum fine quo possit in illa vita habere securitatem sine fine. Si ergo timuimus, quis enim non timeat loquētem veritatem & dicentem. Qui enim dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis? Linguam autem nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, nō domat linguam. Domat leonē, & nō refrenat sermonē. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timēbat, & vt se domet non timet quod timere debebat. Sed quid inquit sentētia vera? ista processit de oraculo veritatis, Linguam autem nullus hominū domare potest. Quid ergo faciemus fratres mei? Iaco. 3. Video me quidem ad multitudinē loqui, sed quia vnum sumus omnes in Christo, tanquam in secreto consilium capiamus. Nullus nos audit extraneus, vnum sumus, quia in vnum sumus. Quid faciemus? Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis: Lingrā aut nullus hominū domare potest. Ibit ergo omes in gehennā ignis? Absit. Domine refugium tu factus es nobis, à generatiōe in generationē. Ira Psal. 82. tua iusta est, neminē in gehennā mittis iniuste. Quō ibo à spiritu tuo, & à te quo fugiā nisi ad te? Ergo in- Psal. 138. telligamus charissimi, quia si linguā nullus hominū domare potest, ad deum confugiendum est, qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo est: linguam nullus hominum domare potest. At tēdite similitudinē ad ipsos bestijs quas domamus. Equus non se domat: Camelus non se domat: Elephantus non se domat: Aspis non se domat: Leo non se domat: sic & homo non se domat. Sed vt dometur equus, bos, camelus, elephātus, leo, aspis, quæratur homo: Ergo de? quæratur vt dometur homo. Ergo, Domine refugium tu factus es nobis. Conferimus nos ad te, & bene nobis erit de te. Malum est enim nobis, de nobis, quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. Domine refugium factus es nobis. Quid ergo fratres mei? Dubitare debemus quia mansuetos nos faciet dominus, si nos domandos ei præbeamus? Domuisti leonem quem nō fecisti, nō domat te qui fecit te? Vnde enim bestias tam immanes domare potuisti? Nunquid eis equarum viribus corporis? Quia ergo virtute ingētes bestias domare potuisti? Ipsa iumenta que dicuntur bestia sunt. Non enim indomita tolerantur, sed quia non eas nouit cōsuetudo nisi in manibus hominum & sub frenis hominum & sub potestate hominum, putas eas mansuetas nasci potuisse? Certe feras immanes attēde. Fremit leo, quis nō timeat? Et tamē vnde te intelligis fortiozem? Non corporis virtute, sed mentis ratione interiore. Fortior es leone, vnde factus es ad imaginem dei. Imago dei domat ferā, & non domat deus imaginem suam? In illo spes est, ei nos subdamur, & misericordiam precemur. In illo a iij spena